

Marcinus V. vocat Ordinem Carthusian. fontem parvulum, qui crevit in fluvium, Ordinem praelucidum Id. lib. 2. tr. 3. cap. 9. Carthusianus Ordo 17. Provingias habet in diversis regnis. Id. ib. de suis temporibus. S. Bruno, est fidus purissimum, & splendidissimum, os DEI, lingua S. Spiritus, Divini signifer exercitus. Arnold. Bolius cit. c. 1. B. Anthelmus ex Priore Cartuzie septimo Bellicensis Episcopus - murum se pro domo DEI Domini constituit in ex-

pugnabilem Id. c. 4. est DEI Athleta: in eo videbatur renatus Elias, libertatis Ecclesiasticae propugnator illustris, sui temporis rarus phoenix. Id. ib. B. Basilus Prior Carthusie octavus - quasi lucifer marcinus - tota conversatio ejus erat stola honestatis, morum edificatio. Id. ib. c. 5. Ludolphus de Saxonia, fuit accensa super candelabrum lucerna septiformi Divini muneris claritate relucens. Id. cap. 11. Ejus Opus de vita Christi tanquam fidus quoddam mentes humanas illustrat. Id. ib.

C. TITULUS I. CARO.

Affinis Balsam. Quae est haec Affinis, nisi bruta gentilitas? - licet & Caro nostra per hoc animal possit intelligi. S. Isid. c. 23. in Num. **Affilius**. Elisaeus 4. Reg. 4. Carnem (pueri) caesecit; quia affectum charitate inflamat. S. Thom. de Sacr. Alt. c. 22. **Castrum diaboli** Caro nostra est. S. Bonav. diet. sal. tit. 2. c. 6. **Dulcia**. Caro quasi in typo mulieris accipitur. S. Isid. c. 8. in Judic. **Fragilitas humana** signatur per Carnem. S. Thom. 17. in Jem. **Fenum**, Caro, & Seculi voluptates, sunt arenae stenum. S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. sup. 14. Matth. **Judaei**, Caro, & Sanguis, non revelavit tibi, carnem ibi, & sanguinem, Judaeos significans. S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. sup. 16. Matth. **Navis** Caro nostra est, & spiritus est nauta. S. Bonav. diet. sal. tit. 1. c. 2. Corpus nostrum est navicula, Theophylactus apud S. Thom. in Cat. sup. 3. Marci. **Nubes**. Significat Carnem nostram. S. Thom. ibid. **Sicera**. Vinum, quod Joannes bibere prohibet, luxuria intelligitur; sicera autem carnis dulcedo. Arnob. annot. cap. 1. in Luc. **Tympanum** Carnem significat. S. Isid. c. 20. in Exod. **Velum**. Caro est velum nostri templi, scilicet mentis, nostrae. Virtus autem carnis scissa est in Christi Passionibus a summo usque deorsum, scilicet ab Adam usque ad ultimos homines. Theophylactus apud S. Thom. in Cat. sup. 15. Marci.

TITULUS II. CARO CHRISTI.

Balsam. Induitur stola byssina, id est, Carnem Sanctam stolum immortalitatis. S. Thom. c. 20. in Gen. **Cordis pars ex nive**. Particula cordis significat Corpus Salvatoris de Virgine sumptum. Hoc debet super carbonibus poni, id est, Fidelibus accensis igne amoris donari: tunc fumus ejus, id est, virtus spiritualis fugat demonum tentationes. S. Thom. Opusc. de Sacr. Alt. c. 21. **Clavis David**, Caro Christi. S. Thom. in 3. Apoc. **Diadema. Videte Regem Salomonem**, id est, verum pacificum Christum, in **Diademate**. Diadema (Sponsa) vocat Carnem, quam Christus assumpsit pro nobis. Id. c. 3. in Cant. **Filius Jephthe**. Quis in Jephthe praenuntiabatur, nisi Christus Dominus IESUS Christus, & Salvator noster. Hic filium suam, id est, Carnem suam in Passione immolavit. S. Isid. c. 7. in Judic. **Fimbria** vestimenti Christi. Per mulierem, quae haemorrhoea erat, intelligas humanam naturam. Sed mox ut fimbriam Domini tetigit, id est, Carnem ejus, sanata est; Qui enim credit Filium DEI Incarnatum, hic est, qui vestimentorum fimbriam tangit. Theophylactus apud S. Thom. in Cat. sup. c. 5. Marci. **Invocatum Samaritanum**, Caro Christi. S. Tho. l. 2. D. 13. Pent. **Ligna Sathim**. Arca Corpus Christi significat. Ligna Sathim sunt membra Christi purissima. S. Thom. Opusc. de Sacr. cap. 8. **Medicina Mundi**. Hodie medicina de caelo datur Mando. Gostidus f. 1. de Nat. Don. **Nubes**. Nota, super illo verbo, *super nubem*, quia est quadruplex nubes. 1. *Alumpe* Carnis. Job 38. *Ubi erat, cum posuero nubem vestimentum ejus*. S. Thom. in c. 19. If. **Pallium Elia**. Est Elias nobis relinquens pallium, id est, Carnem suam. Drogo Olf. Scr. de Passio. Domini. **Paries**. Quasi post parietem nostrum fluit; quia carnem

nostram sibi opposuit, in qua Divinitas latuit. S. Thom. in c. 2. Cant. **Pax, & Pili** (Dan. 14.) significant simplicitatem Carnis peccati, Id. de Sacr. c. 28. **Pedes Agni** Ex. 12. Caput Agni significat Deitatem, intestina animam; pedes Carnem. Id. ib. c. 4. **Scabellum DEI. Terra scabellum DEI**. If. 66. significat Carnem Christi, quae originaliter de terra orta est. Id. ib. **Sponsa DEI**. Verbum (Patris aeterni) est Sponsus; & Sponsa Caro humana; & utrumque unus Filius DEI, & Filius hominis. S. Aug. tr. 8. in Joan. **Tabernaculum, Caro Christi**; in quo pro nobis militavit. S. Thom. in 13. Apoc. **Templum**. Ideo Corpus Domini templum intelligitur; quia sicut templum gloriam DEI continebat habitantem in ipso; sic Corpus Christi representans Ecclesiam Unigeniti continet; quia est imago DEI, & gloria. Id. sup. 2. Joan. **Terra**. In terram, id est, in Carnem Christi statuerunt oculos suos. S. Thom. in psal. 16. **Uram auream**. Exod. 37. Intelligimus Carnem Christi puram, atque sinceram. S. Isid. c. 41. in Exod.

TITULUS III. CASTITAS.

Aloe, Myrrha. Per has arbores designantur carnis continentia, & castimonia. Nam putredo luxuriam solet designare. In horto ergo Ecclesiae sunt Myrrha, & Aloe; hoc est; mentes castae. S. Thom. in 4. Cant. **Angelus**. Angelica vitae ratio. S. Ephrem tomo 1. de Castit. Angelus ille similis est Monachus, qui, quae ventris sunt, spernit. Idem paranefti. Casti sunt Angeli terreni, aut potius caeli cives. S. Bern. l. de Altitudine Cordis. **Alia**. Dilige Monache castitatem in charitate Christi: nam tuo vivendi instituto congruit, sicut ascia, atque securis fabro. S. Ephrem f. Asceticis de Timore DEI. **Byssus**. In bysso signatur Castitas; quae est praecipuum ornamentum mentis. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. c. 6. **Cingulum**, est symbolum Continentiae, & Castitatis. Lobb. cit. de S. Ignatio q. 1. **Cohabitor**. O Castitas! praecursor, & cohabitator Spiritus Sancti. S. Ephrem tom. 1. de Cast. **Calam**. Vita calta dicitur coelestis, quasi coelestis: quia in carne vivere praeter carnem, est vita coelestis, & Angelica. S. Thom. in l. 2. de consol. Phil. Boet prof. 4. **Curvus spinosus**. S. Ephrem. tomo 1. de Castit. **Divina aeterna** in anima hominis Christum amantis recondita. Id. ib. **Domus eburnea**. Pl. 44. sunt frigida propter castitatem, candida propter puritatem. S. Thom. in pl. 44. **Donum DEI** benignitatis, disciplinae, cognitionis, ac scientiae plena. S. Ephr. ibid. **Ebur**. Castitas est ebur S. Ephr. par. 46. ad Eulog. Eburnea domus est corpus castum. Arnobius in pl. 44. **Fenum**. Per Fennum, quod praecipuum amplius non pullulat, signatur Daniel: qui non pullulavit per generationem, quia continens fuit: per quem signatur Ordo continentium. S. August. l. 3. de Doctr. Christ. apud S. Thom. in 9. Apoc. **Honor**. Magnus honor castitas in charitate Christi. S. Ephrem f. Alf. de tim. DEI. **Lampas**. Castitas sine charitate, lampas sine oleo. S. Thom. in 14. Apoc. **Lilium**. Castitas est florens sicut lilium. S. Bonav. diet. sal. tit. 4. c. 3.

Martyrium. An non martyrium castitas? Lobb. in Proemio. **Onus leve**. O castitas onus leve! quod in aquis non submergitur. S. Ephr. tom. 1. de Castitate. **Palma**. Castitatem, dilecte frater, palmam similem existima. Id. ib. **Portus tranquillus** in summa pace, ac securitate constitutus. Id. ib. **Prudentia coelestis**, & Sancta praedicatio. Ib. **Oculorum frons**. S. Ephr. tom. 1. de Castitate. **Templum efficitur DEI** omnis, qui continentiam, & castitatem diligit. Id. Ser. Alf. de tim. DEI. **Thesaurus animorum**, honor corporum, sacrificium DEO charum, legitimum DEI templum, sacrarium pudoris. S. Zeno ferm. de Pudicitia. Castitas est thesaurus cum valore charitatis: ideo dicitur *simile Regnum caelorum thesaurus abscondit*. S. Bonav. diet. sal. tit. 4. c. 4.

TITULUS IV. CELLA, CELLICOLA.

Promissio Varii.

Cella Religiosa, est cella medicinalis, tranquillae portus, munio & asylum tutum, lavacrum nitidum; herba fulsum, quae superflua refocacatur, militaris palestra, Schola Doctrinalis, Discipulorum Christi schola, nitidum speculum, nuptialis thalamus, terrestri paradisi; cum cella nihil sit aliud quam iuxta nomen suum coeli aula, sedes quietis, refrigerium laboris, areola aromatum, exedra gemmarum coelestium, conciliabulum DEI & hominum, Divinum profus habitaculum, via aurea, &c. Petrus Sutor l. 2. de vita Carthus. tr. 1. cap. 2. 3. **Cellicola**, seu qui cellam diligenter incolit, comparatur, & figuratus est in Enoch, Noe, Abraham, qui de terra, & cognatione sua exivit, in Isaac iuxta puteum viventis, & videtis habitante in Jacob, Joseph, Moyses. In Josue terram promissionis de longe conspiciant, & introeunte. In Samuele tabernaculum inhabitante. In Davide columba pennas desiderante, In Elia dimissio puero ad desertum festinante. In Eliseo mortuum resuscitante. In religioso Rege Ezechia orando plorando, & plorando orante. In Isia Domini vidente. In Jeremia interfectos populi lugente. In Ezechiele DEUM & inter hominem, coelum & inter terram, constituto. In Daniele abstinente, & fuper hujus. mundane Babylonis fluente sedente, &c. Id. ib. c. 2.

TITULUS V. CHARITAS.

Avis trinitium. S. Bernard. tr. de Charitate. **Accipiter**. Charitas est sicut avis generosa, quae vivit de praxda; sicut accipiter, falco, & aquila: istae namque aves vix, vel nunquam tangunt terram; nisi quando rapiunt praedam. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. cap. 2. **Acies**. Ordinata est charitas: qua visa demones fugiunt. S. Bernard. ferm. inter parvos 60. **Aerarium dives animi**. S. Laur. Just. **Aestas** Charitas est: habet & aestas pluvias suas suaves, & uberis. Quid dulcius lacrymis charitatis? Id. ferm. 85. in Cant. **Ala**. Militem Sanctum vocat S. Stephanum, S. Fulgentius Ruspens. Ep. ferm. de eod. quem charitas (quasi ala) de terra elevavit ad caelum; quique charitatem pro armis habebat; & per ipsam ubique vincebat. **Alimentum**. Alitia significat Sanctos interna charitate faginat. occis fano: per poenitentiam. S. Thom. de Sacr. Alt. cap. 19. **Alumna S. Virginis**. Charitatem, & misericordiam, atque humilitatem, tanquam alumnas suas ulnis fovet. S. Joan. Damasc. or. 2. de Assumpt. B. V. **Apex virtutum**. Quid est, cur discipulos in montem subducit? Montes figurato sensu virtutes Scriptura nominat. Omnium porro virtutum apex, & velut arx quaedam, est charitas. Id. or. de transf. Domini. **Aranea**. Sicut aranea ex suis visceribus trahens opus naturae tabeicit exinde; sic justus frequentans opera laboriosa ex vera charitate maceratur, & pallefit in corpore. S. Thom. cit. 8. **Aurum**. Sicut aurum inter cetera metalla pretiosius est, ita charitas inter omnes virtutes principatum tenet, dicente Apostolo 1. Cor. 13. S. Thom. in cap. 4. Cant. Candelabrum Ex. 27. est vir iustus; facies candelabrum ductile dicitur, quia in multis tribulationibus ad perfectionem ducitur. Aureum totum; quia facit omnia in charitate. Id. ferm. 2. de S. Benedicto. in vestiu. Satorum. Psal. 44. Per aurum significatur charitas: est enim charitas fluida, & pubea; & ideo dicitur

(vestitus) deauratus; quia informatur charitate. Idem in Pl. 44. S. Paulus fuit vas pretiosum - aureum charitate fervendo. Id. in Convert. S. Pauli. Charitas comparatur auro probato. S. Bonavent. diet. Sal. tit. 5. c. 2. quia sicut aurum alia metalla superat; sic charitas alias virtutes superat. Id. ib. Aurum est symbolum amoris. Lobbet. de S. Norberto q. unica. §. 7. **Balthem**. Balthem vice accingere, perfecta in DEUM charitate, atque in proximum. S. Ephrem de panoplia spirit. **Calcar**. Calcaria sunt timor, quo declinatur malum; & amor, quod agitur bonum. S. Thom. in 6. Apoc. **Calceus**. Charitas fraterna est calceus: hoc armatus non sentit spinas aculeorum; quamvis ei in via obvenerint. S. Vinc. Ferr. ser. 4. D. 22. Pent. **Calculus** If. 1. Per calculum charitas; quae in manu, id est, in operatione ipsius est. Id. in If. 6. **Calor anima** naturalis est amor DEI: quando ergo subintrat extraneus, amor conceptivus, & aliorum peccatorum, recedit DEUS. Id. in pl. 13. **Caput, & Sal**, omnium virtutum. S. Eph. tom. 1. de Charit. **Carbunculus**, Per carbunculum signatur charitas. Id. in 17. Apoc. **Catena**. Charitas erga DEUM, est sicut catena, qua cum proximo devincimur. S. Joan. Damasc. epist. de trifagio ad Jordanem Coenobiartham. **Cherubim** significat charitatem. S. Isid. c. 5. in Gen. **Chrysolitus, Berillus, Topazius**, significant charitatem. S. Bonavent. diet. Salut. tit. 10. cap. 5. **Collationes Prophetarum**. S. Joann. Damasc. l. 1. Parall. c. 18. **Columna omnium virtutum**. S. Ephr. de humilit. comparanda. 90. Columna, & firmum in anima hominis fulcrumentum est charitas. S. Ephr. de Judicio extremo. Charitas significatur per columnam ignis. S. Thom. Prolog. Expos. ep. ad Ephr. **Compendium**. Est DEI amor Compendium omnium virtutum, & summa perfectionis, & culmen sanctitatis. Lobb. de S. Phil. Ner. S. 10. **Condimentum**. Amor DEI est omnium affectionum bonorum condimentum: & tando plus sapienter DEO exere virtutum affectiones, quanto plus habuerint, de hoc condimento. S. Bonav. de septimo processu Relig. c. 16. **Conjunctio**, seu **Copulatio**. Moraliter per nuptias. Joan. 2. intelligitur conjunctio DEI ad animam - primus dies (nuptiarum) fides, secundus spes, tertius charitas. Et in isto sunt nuptiae: quia per eam copulatur anima DEO. Dicit Augustinus: quid est Charitas? nisi vita copulans, amantem cum amato. S. Thom. ser. 3. D. 1. Epiph. **Corona**. Cecidit corona capitis nostri, charitas refriguit. Trithem. lib. Pentico. c. 3. **Caminus in Jerusalem**. If. 31. est Charitas in Ecclesia triumphante; ubi est charitas consummata, & ad instar camini, & non tantum alicujus parvi ignis, in Sanctorum cordibus inflammata. S. Bonavent. ser. 1. de S. Laurent. **Charisma optimum**, Charitas est. S. Bern. ferm. 29. in Cant. **Cervi** transvadantes fluvium, sunt symbolum mutui amoris, susserentes onera proximi. S. August. ser. 21. de Verb. Ap. Hanc cervorum naturam fortasse intendit Salomon, cum ait Prov. 5. *Cervus amicitia, & pulvis gratiarum*. nihil enim sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Id. ibid. **Cibus**. Verè dulcis cibus charitas; quae fessos allevat, debiles roborat, moestos laetificat. S. Bernard. de Grad. humil. &c. Charitas, Fratres, stientis potus est, esurienti cibus. S. Aug. ser. 42. de temp. **Character**. Hae Discipulorum Domini indicium est, magnus Servorum DEI character. S. Chrysol. hom. 1. de Nat. DEI. **Cingulum nobile**; quo vestes colliguntur, & continentur. S. Bonav. ferm. 3. Dom. 3. Advent. **Consolatio dulcis**. In amaritudine positus dulcedo, in tristitia constitutus vera, & grata consolatio; fluctuantibus portus, errantibus via, peregrinantibus patria. S. Aug. ser. 42. de temp. **Curvus igneus**, in quo receptus est Elias in paradisum, est charitas; sine qua nemo in caelum recipitur. S. Bonav. ser. 5. D. 8. Pent. **DEUM amans**. DEUS est. Charitas virtus sanctae, ut nomen Divinitatis participet (Fideles) quia charitas est transformate amantem in amatum. Unde Angust. talis est quisque, qualis sua dilectio, &c. S. Thom. in 14. Apoc. **Defendit**. Contra tam multiplices sagittas adversitatum stat charitas quasi lignum immobile. S. Bonav. ser. 2. D. infra O. G. Nat. **Dives**. Magne sunt divitiae charitatis, Charissimi; sine qua dives pauper est; & cum qua pauper dives est. S. Aug. l. 42. de temp. **Facies**. Aliae virtutes corpus justitiae sunt; charitas verò hujus amoris facies recte intelligitur. S. Greg. l. 6. c. 3. in 1. Reg. **Fasci**

Facula. Amor, sicut vivax flamma, & ardens facula, sursum erumpit, securreque pertransit. Thom. Kemp. de Imit. Christi l. 3. cap. 6.

Fermentum. Dicendum, quod fermentum significat charitatem, propter aliquem effectum, quia scilicet panem facit spidiorem, & majorem. S. Thom. 3. p. q. 74. a. 4.

Ferrum ignitum. Sicut ferrum ignitum est tractabile; ita anima charitate plena. Sanct. Bonavent. diet. Sal. tit. 5. c. 2.

Finis. Sicut finis est principium omnium operabilium; ita Charitas est, principium omnium virtutum. S. Thom. in c. 12. ep. 2. Cor. lect. 3. Finis est amor Divinus: quia finis precepti est Charitas, dicit Apostolus 1. Tim. Charitas est finis, & forma omnium virtutum. S. Bonav. Opusc. lum. Eccl. ser. 7. in fine.

Formis. Satis bona ordinatrix est charitas fratres: bene novit congregare in zitate, quod posset hyeme habere, hoc est, scit providere per elemosynam in hoc seculo, quod inveniat in futuro. S. Aug. ser. 42. de temp.

Fructus primus Charitas, habet tres mirabiles virtutes. Prima est: quia homo, qui comedit ipsum, inexpugnabilis efficitur. Rom. 8. Qui nos separabit? Secunda, quia omnia bona, & mala, prolunt ei, qui isto fructu reficitur. Rom. 8. Stimulus, quantum diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum. Tertia quia, qui comedit talem fructum, in aeternum non morietur. 1. Cor. 13. Charitas non excidit, &c. S. Thom. ser. 3. D. 14. Pent.

Fumus aromatum ascendit, id est, ignis Charitatis. S. Thom. in pl. 17.

Funiculus coccineus. Jos. 2. Quid in funiculo coccineo (hoc est signum salutis Rahab) qui ignei coloris est, nisi charitas significatur? nam charitas ignea, & ardens, debet esse. Et sicut funiculo naves ad portum trahuntur: ita charitatis vinculo trahuntur ad Portum salutis aeternae. S. Bonav. Ser. 2. in Pent.

Funiculus triplex est charitas: quia DEUS, amicus, & inimicus, diligitur. Id. ib.

Gemma. Annulus fidei symbolum est, cuius gemma charitas. B. Petrus Damianus apud Lobbet. de Sanct. Ignatio 9. 2.

Gluten. Aded tenerum est amoris glutinum; ut non tam jungere, quam unire, dicatur. S. Bern. tr. de Char. cap. 5. Charitas glutinum est, de quo H. 41. 7. Id. Ser. 1. in Quadrages.

Jacob. Jacob significat charitatem. Charitas enim amplectitur duas vitas, activam per dilectionem proximi, contemplativam per dilectionem DEI: activa per Liam, contemplativa per Rachel significatur. Glossa apud S. Thom. sup. c. 1. Matth.

Ignis. Ignis immortalis Charitas DEI. S. Ephr. de Indic. extr. Ignis. Lev. 6. scilicet charitatis in altari, id est, in corde, semper ardebit. S. Thom. in pl. 25. Ignis, & gladius, in manibus Abrahae portati sunt: ardor Divinae Charitatis, ad dandum Filium pro nobis in mortem; & rigor iustitiae, exigens ab ipso mortem pro solvendis reatibus nostris. S. Thom. in 22. Gen. Spes admodum fumi exigne, id est, ex charitate provenit, in altum ascendit, in fine deficit, id est, in gloria Id. Prol. Expos. ep. ad Eph. Amor est ignis in meditatione purificans mentem a fordibus vitiatorum omnium. S. Bonav. de 7. don. S. Spir. de dono Piet. c. 3. Ignis in Sion. H. 31. est charitas in Ecclesia militante. S. Bonav. ser. 1. de S. Laur. Sicut ignis habet virtutem corporis calefactivam, rubiginis absterisivam, duritiei emolitivam: sic dilectio, velut animarum ignis, dum in animam agit, ipsam intime calefacit. S. Bonav. serm. 2. de S. Magd.

Insuperabilis. O magna virtus Charitas! o fortis virtus! o insuperabilis virtus Charitas! quae ipsum quoque insuperabilem superasti. S. Bernard. tr. de Char. c. 1. 2.

Inferni profundum. Potest in eo, quod ait H. 7. in profundum Inferni, etiam charitas ipsa, qua majorem nemo habuit, ut in Infernum quoque pro amicis moriendo descenderet, non immerito designari. S. Bernard. de Christi Charitate. ser. 2. de Adv. Dom.

Languor. Porro amor languor est, dum amans desiderii dilatione torquetur, dum sponi suspirat inplexu. Amor igitur nunc languor est, dum cruciatur desiderio videndi. S. Bernard. de Char. c. 41.

Lapis David contra Goliath. Christus D. est David: qui progressurus contra Goliath deposuit arma oneraria, hoc est, Sacramenta Legis. Tulit autem quinque lapides, id est, libros Moyses, & imposuit in vas pastorale, in quo lac mulgere consueverat, hoc est, gratia imposuit. Unum e quoque misit: quia plenitudo Legis Charitas. S. August. in psal. 143.

Latitudo. Per latitudinem charitas intelligitur. S. Tho. in 21. Apoc. Altitudo templi huius ad finem refertur, longitudo ad spem, latitudo ad charitatem. Sanct. Isid. cap. 2. in 3. Reg.

Lucrum Christi Charitas. S. Ambros. l. 5. ep. 24.

Lumen. Praeceptum Domini lucidum illuminans oculos: ipsa est lumen cordis: omnes sensus, & affectus hominis clarificans, & serenans. S. Bern. de Charit. c. 12.

Magna res amor. Id. ib. c. 7.

Margarita. Inventa una pretiosa margarita, id est, Charitate. S. Bonav. S. 3. D. 14. Pent. Ego unam hanc margaritam nihil aliud, quam unitatem arbitror esse.

Mater bona, charitas. S. Bernardus sup. Cant. Mater omnium virtutum & radix; in quantum est omnium virtutum forma. S. Thom. 1. 2. quae. 62. a. 4. c. Charitas non potest remanere informis, Id. ib. quae. 24. a. 12. c. Charitas vera est coelestium virtutum Mater, ac Magistra. S. Aug. Ser. 42. de temp. Omnium Mater bonorum - & ea, quae in nobis sunt bona cuncta complectens. S. Chryso. hom. 16. in Matth. O bona Mater charitas! ipsa est enim hominum Mater, & Angelorum. S. Bernard. de Char. c. 6. Est amicitiarum Mater. Id. ib.

Medulla virtutum. Richardus a S. Victor. tr. de grad. Char. cap. 1.

Mel. Charitas quovis lacte, & melle dulcior. S. Joann. Damasc. l. 1. Paral. cap. 10. Quemadmodum mel, & favius in ore; sic responso fratris ad proximum suum cum charitate, & humilitate. S. Ephr. Ser. de vita Relig.

Mors omnium criminum. Cassiodorus sup. pl. apud S. Bonav. de donis S. Spir. c. 3. Charitas. Charitas comparatur Morti carnem perimentem. Sanct. Bonavent. diet. Sal. tit. 5. capit. 2.

Mortem facit suavem. Quid non temperabit illa dulcedo (charitas) quae mortem etiam facit dulcissimam. S. Bernard. Ser. 2. de S. Andrea.

Navis. Charitas est instar magna navis. S. Vicent. Ferr. Ser. 6. D. infra Octav. Asc. Comparatur navi in mari naviganti. S. Bonav. diet. Sal. tit. 5. c. 2.

Nervus. Quid est nervus, nisi quo corpus omne constringitur. Corpus Christi Ecclesia est, quae vinculo stringitur charitatis. S. Ambr. in pl. 43.

Nubecula. Hae est nubecula, quae ad preces Eliae magnam excrevit in pluviam. S. Bernard. de Charit. c. 12.

Oculus. Castus profectio, columbinusque oculus, amor est; qui in rebus usui humano concessis nulla libidine figitur, sed in transitoris contemplatur aeternum. Iste est oculus, qui non clauditur; quia carnalitate palpebra caret; nullo turbatur injecto est oculus verè rectus, oculus verè dexter; quem nulla deorsum veritè sinistras intentio. Oculus verè simplex, & prudens qui non oculus est, & amare videre est: duos quippe oculos anima habet; unum, qui intelligit; alium, qui inquiri. (Vulnerasti cor meum in uno oculo meo. Cant. 4.) vulnerari ergo potest, qui, est fit impassibilis, compassibilis tamen est. Sanct. Bernard. de Charit. cap. 4.

Oleum. Charitas est oleum, quod omni liquori supernatur; quod sanat, & illuminat; & quod omnem asperitatem sua suavitate laetificat. Hoc oleo uncti Apostoli, & Martyres, suavissimum reputant mortis amaritudinem. Idem ibid. cap. 12. Charitas est oleum viduae; quod continuum ex distributione sumit incrementum. Id. ib. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo. S. Thom. in 14. Apoc. Amor Creatoris fit in corde quasi oleum in lampade: quia debet omnibus dilectionibus supernaturare. S. Vinc. Ferr. Ser. 5. D. infra Oct. Ascens. Charitas oleo comparatur: nam quomodo oleum omnibus humoribus superius esse conspicimus; ita charitas omnibus virtutibus sublimior comprobatur. Nam si aliquis habebat infinitas divitias, & non habebat charitatem; sic est, quomodo habebat plures lucernas, & multas lampades, pinguedinem non habentes. Lucerna, vel lampas sine oleo accensa fumare potest de Iracundia, fumere de Superbia, foetere de Avaritia; sine charitate penitus non potest lucem habere. Ipsa scit optime, cui vel quantum porrigat, quid tribuat, quid reserret. S. Aug. ser. 42. de temp. Quia oleo ignis accenditur, oleum doctoris amor est cordis, in quo ignis accenditur: quia in pinguedine oris virtus, & gratia ardet Spiritus Sancti. S. Greg. l. 6. cap. 3. in 1. Reg.

Omnifera. Talis est quisque, qualis sua dilectio: si terram diligis, terra eris, &c. S. Aug. apud S. Thom. in 7. Apoc. Charitas virtus facit, ut nomen Divinitatis participet, &c. Vide antecesser: DEUS amans DEUS est. Paulus charitate succensus totus factus est charitas. S. Chryso. hom. 3. de Laud. S. Pauli.

Omnis virtus. Quid est temperantia, nisi amor, quem nulla voluptas illicit: quid cetera virtutes, nisi amor: quid quod suum est, unicuique distribuit. S. Bern. de Charit. c. 19.

Onus allevians, sicut in avibus ala. S. Bonav. diet. Sal. tit. 5. cap. 2.

Osculum. Mutui amoris indicium est; osculum pignus est charitatis. S. Ambr. l. 6. in Luc.

Palma. Sicut palma in ripis germinans (in margine est, ut phoenix in litoribus canens) ita charitas, atque concordia fra-

fratrum. S. Ephr. de tim. DEI, Est virtus pugnantium, palma virtutum. Cassiod. sup. pl.

Panis quotidianus est charitas. Matth. 6. Panem nostrum quotidianum. Nam sicut panis cum omni cibo sumitur: ita charitas cum omni opere debet esse. - Nota, dicitur a panis, quod est rotum. S. Chryso. in Pl. 40.

Penna. Amor Divinus verè penna est; sicut è contrario amor creaturarum verè est pondus. S. Bonav. f. de SS. Sim. & Juda.

Pes animae est amor: & eo movetur anima ad locum, quasi ad terminum, ad quem tendit. Idem de 7. itin. xtern. de 1. sect. 2. partic. 1. dist. 2.

Phoenix. Phoenix unica avis est in Mundo; per quam, qui spiritaliter vinculis unita conjuncti sunt intelliguntur. - Per Phoenicem etiam anima fidelis intelligitur, quae virtutum species congregat, & eas in fervore charitatis deferens, in altum se collocat in altari cordis, & se Omnipotenti DEO in odorem suavisitatis libenter offert. S. Vinc. Ferr. f. 1. D. Palm. Vide antecesser Palma.

Pignus DEI, est in animabus nostris, Sanct. Ephr. de Judicio extr.

Pondus amantis est charitas secundum S. August. S. Thom. in Plal. 26. est pondus inclinationis ordinatae. Sanct. Bonav. Brevislog. p. 5. cap. 8. Amor meus pondus meum, S. August. ep. 29.

Porta speciosa, est charitas. S. Bern. de Char. c. 12.

Possessio Divina. Id. de humilit.

Premium summum. Hae promissio Regni: hae summum praemium Sanctorum est in caelo. Sanct. August. serm. 50. de temp.

Pupilla oculi. Serva unitatem, ut pupillam oculorum: lux, & vita in ea sunt; serva eam. S. Ephr. de panopl. Spir.

Quantitas animae, est charitas. S. Bern. sup. Cant. Quantitas unicuiqueque animae aestimatur ex mensura charitatis. Id. apud S. Bonav. Pharetr. l. 2. c. 25.

Radix, & initium virtutum. S. Thom. in cap. 12. 2. Cor. lect. 3. Amor, secundum Augustinum de Civit. DEI, radix est omnium affectionum, Sanct. Bonavent. Opusc. lum. Eccl. serm. 7.

Reconciliatrix. Quid his verbis (vade reconciliare fratre tuo. Matth. 5.) mitius esse possit: quid lenius? Interrumpatur, inquit; cultus meus; ut tua charitas perficit: Sacrificium mihi est fratrum reconciliatio. Propterea quippe non dixit, postquam obtuleris, aut priusquam offeras; sed munere ipso jam posito, & inchoante sacrificio, reconciliandum mittit ad fratrem. S. Chryso. hom. 16. in Matth.

Regina. Charitas est Regina caeli, Sanct. Bernard. de filio prodigo.

Robur. Charitas est vita Fidei, robur spei, & omnium intimis, & medulla virtutum. Rich. a S. Vict. tr. de Grad. Char. cap. 1. S. Bern. de Char. c. 2.

Sabbatum. Hae est deditio, & septimae diei tranquillissima quies, Dies septimus est charitas, dies Sabbati, dies requietionis, iudicandis & pacis: per quam homo securè imo securissimè dicit: in pace in idipsum demorsum. Idem de Char. c. 21. In veteri Testamento assignatur triplex distinctio Sabbatorum - Primum Sabbatum hominis, est dilectio sui. Secundum dilectio proximi. Tertium Sabbatum Sabbatorum dilectio Dei, Id. ib. c. 22.

Scala charitas est. S. Ephr. tom. 1. de char.

Scala est Charitas; quae idem est, quod bona vita. S. Vinc. Ferr. serm. 3. in Quinq. Scala charitas est. S. Bern. l. 19. inter parvos.

Smaragdus. Accipiamus charitatem isporum (Anachoretarum) quae gloria Smaragdum inestimabilem excedit. S. Ephr. f. de SS. Anachoretis.

Societas Elektorum. S. Bonav. de 7. don. de dono piet. c. 3.

Somnus meritò amor appellatur: quia sicut dormiens à visibilibus oculis claudit, & invisibilia contemplatur; ita &c. S. Thom. in c. 3. Cant.

Sunamitis. Hae est speciosa Sunamitis, quae David in virginitate sua calefactebat. S. Bern. de char. c. 12.

Tabula latitudinem charitatis designant. S. Isid. in Cant.

Triclinium. 1. Reg. 9. 22. est charitas. S. Greg. lib. 4. c. 4. in 1. Reg.

Turris est charitas in medio castris, excellat, firma, & pulcherrima. S. Bern. in Soliloq.

Vestis. Vestes nostrae virtutes sunt. Bona vestis charitas. S. Bern. l. 2. in Quadrag.

Vestis nuptialis. Fides, & Charitas sunt vestis nuptialis. S. Ambr. l. 7. in Luc. Rectè charitas vestis nuptialis dicitur: quia hanc in se Conditor noster habuit, dum ad associandam sibi Ecclesiae nuptias venit. S. Greg. hom. 38. in Evang. Vestis nuptialis est charitas. S. Thom. de Sacr. c. 15.

Vinculum. Delicatum, ac molle vinculum est DEI dilectio: & tamen gladius anceps eam scindere non potest. Dissueverunt tyranni membra sanctorum Martyrum, charitatem eorum nequaquam disseccare potuerunt. S. Ephr. de Judic. extr. Spiritus

tualiter in Christo est jugum, lex charitatis vincula sunt virtutes, spes, fides, charitas. S. Thom. in Plal. 2. Fratres scilicet charitatem; dulce, & salubre vinculum mentium. S. Aug. apud S. Bonav. Pharetr. l. 2. c. 25. Sunt vincula, à quibus DEUS non solvit. 1. Charitatis. Oleez 11. in juvenilibus charitatis. Or. S. Thom. in Pl. 52.

Vinum, Charitatis donum rectè vini appellatione figuratur: quia mentem occupat, & à terrenis affectibus alienat. Id. l. 1. cap. 1. in 1. Reg. Charitas est vinum conditum; quod dicitur neclar: quod est dulce, acutum, & forte: diligendus quod enim DEUS fortiter, & perseveranter. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. c. 2. Vinum conditum, est dilectio cum operatione. S. Thom. in cap. 8. Cant. Est vinum in contemplatione mentem inebrians, S. Bonav. de 7. don. cap. 3. Quod amor, sive charitas, sit quoddam optimum vinum spirituale; ostendit Hugo l. 3. de Arca Noe, ubi dicit: charitas similis est vino, quia habet effectus vini: vinum namque eos, quos inebriaverit, reddit hilares, audaces, fortes, oblivisios, & quodammodo insensibiles. S. Bonav. de 7. don. de dono scientiae cap. 4. Erunt utres novi; cum post Ascensum Domini, desiderio consolationis eius innovabuntur: & tunc novum vinum novis utribus adveniet, id est, Spiritus S. fervor spiritualium corda replebit. Vino autem novo fervor fidei, spei, & charitatis, quo intus reformamur, exprimitur. V. Beda apud Sanct. Thom. in Cat. sup. 2. Marci.

Unguentum. Prima unguenta quid melius, quam charitas, intelliguntur? S. Thom. c. 4. in Cant. Charitas unguentum est, de quo Pl. 132. S. Bern. l. 1. in Quad.

Charitas merito virtutum Regina est: quia virtutis nomen amittit, qui charitati non famulatur. Charitas est Regina, Sanct. Bonav. in Plalm. 44.

Varia.

Ergo fratres, quando de charitate loquor, tacere non possum. Quare hoc? quia satis dulcis est charitas. Qui illam habet, quod dico, intelligit: qui verò non habet, forsitan me ridet, & despicit. S. Aug. f. 42. de temp.

Amandum DEUM efficiuntur Dii: ergo amando Mundum Mundus dicitur. Idem f. 28. de temp.

Murus charitatis firmior est adamante. S. Chryso. hom. de recipiendo Severiano.

Charitas est murus noster, & portus absque fluctibus, & bonus thesaurus. Id. ep. 2. in Innoc. Pap.

Amor est dulcedo saporis intimi. Et quando quis ardentius amat, tantò dulcius gustat. Igitur in charitate dulcior est refectio. Richardus apud Sanct. Bonav. de 7. don. de dono piet. cap. 3.

TITULUS VI.

CHARITAS DEI, ET PROXIMI.

Deo minus. Marci 12. Vidua pauper Ecclesiae simplicitatem designat. Hae in gazophylacio duo minuta mittit; quia dilectionem DEI, & proximi, munera desert. V. Beda apud S. Thom. in Cat. sup. cap. 12. Marci. Vidua, quae in gazophylacio &c. Vidua, quae in gazophylacio duo jecit minuta, Luc. 21. animam fidelem demonstrat; quae in thesauro cordis sui fructum dilectionis DEI, & proximi servat. S. Isidor. in allegor.

Dua tuba. Num. 10. sunt duo praeccepta charitatis. S. Isidor. c. 7. in Num.

Illud jugum. Matth. 11. Charitas est DEI, proximique dilectio. S. Bern. de Charit. c. 17.

Quasi duo brachia sunt amor DEI, & proximi. S. Bonav. f. 4. D. infra Octav. Nat. Dom.

Duo ubera, sunt duo praeccepta; Charitas scilicet DEI, & proximi. S. Vinc. Ferr. f. 2. D. 4. Adv. Duo ubera Christi, dilectio DEI, & proximi. S. Greg. sup. Cant.

Duos exploratores mittit Josue ad civitatem Jericho, & suscipiuntur à meretricibus: quia verus Josue daturus erat duo praeccepta dilectionis. S. Aug. f. 106. de temp.

Propiciatorium super arcam Christum est: duo Cherubim dilectio DEI, & proximi. S. Isid. c. 41. in Exod.

CHRISTUS DOMINUS.

Aron. Christus Dominus Incarnatus, est Aaron, sumens thuribulum carnis, & offerens DEO incensum pro salute humani generis. S. Aug. f. 98. de temp. Christus est Aaron. Id. in App. f. 40. Iste Sacerdos (Aaron, Num. 16.) Dominus DEUS Christus est, Princeps Principum Sacerdotum Sacerdos iste ruinam mortis in Mundo aspiciens stetit inter vivos, & mortuos, quia natus, & mortuus. Sicque thuribulum passionis lux accipiens, inimicam percussit mortem. S. Isid. c. 14. in Lev. Sacerdos Aaron illum significat, ad quem dicitur Pl. 109. Tu es Sacerdos. Id. in c. 12. Lev.

Abel Pastor ovium Christi typum tenuit. Iisd. in alleg. vet. Test. Signatur maxime per Abel occisum S. Bonav. Opusculum. Eccl. f. 14. Abel interpretatur iustus, & frater ejus Seth interpretatur, resurrexerit: mors Christi, & vita ejus ex mortuis figuratur. S. Isid. c. 6. in Gen.

Abund. Ipse est Abundus, idest, Pater meus iste Joan. 10. Ego, & Pater unus sumus. Remigius apud S. Thom. in Cat. sup. 1. Matth.

Abia. Ipse Christus est, Abia, id est, Pater Dominus. Matth. 23. Unus est Pater noster, &c. Et Joan. 13. Vos vocatis me Dominus, &c. Altiadorensis apud S. Thom. in Cat. sup. 1. Matth.

Abraham. Christus est Abraham, Isaac, & Jacob. S. Aug. contra Faust. 25. 26. 28. Christus est figuratus in Abraham: quia Christus relicta terra, & cognatione Judaeorum; praepollent nunc, ut videmus in populo gentium; ut peregrinaretur in Aegyptum. Abraham Christus, Aegyptus Mundus. S. Thom. scem. 2. in festo S. Sylvestri. Abraham in multis locis figuram Christi portat. Sanct. Anselmus apud S. Thomam in Cat. sup. 1. Matth.

Achaz. Christus est Achaz, idest, comprehensibilis: quia nemo novit Patrem, nisi Filius. Rabanus Maurus apud S. Thom. in Cat. sup. 1. Matth. Achaz, tenens secundum illud Zach. 1. Convertimini ad me, Remigius ibi.

Achim. Pater meus iste, Matth. 12. qui fecerit voluntatem Patris mei, &c. Remigius apud S. Thom. ibid.

Acerosus testimonium. Myrtice aceruus testimonium Christus est; in quo multitudine confisit omnium Sanctorum, qui sunt lapides vivi. S. Thom. in 4. Cant.

Aculeus. Leviathan est diabolus; hamus, seu Aculeus in eadem, est DEI Filius, in carne humana assumpta absconditus illo hamo captus est diabolus, & deceptus: quia dum carnem innocentem Christi in cruce mordere, & effundere sanguinem injuste praesumpsit, latens Aculeus Divinitatis potentiam ejus perforando destruxit. Sanct. Thom. de Sacram. cap. 28.

Adam. Christus D. secundus Adam. S. Aug. lib. 2. de Gen. Contra Onanich. Adam figuram Christi gessavit. Ille sexta die formatus; hic sexta Mundi aetate natus. Sanct. Isid. in allegor. Hodierna die Edom spiritualem novi Adami paradisi suscepit. Sanct. Joannes Damasc. orat. 2. de dormit. seu Assumpt. Virg. Salve sancta Virginalis tellus, ex qua novus Adama ineffabili fictione formatus est, qui veterem salutem restitueret. S. Andreas Jerol. Archi-Ep. Cret. or. in Salut. Ang. tom. 12. Bibl. PP. Paris. 1644. impressa. Haec (Maria) spiritualis secundi Adami paradisi. Proclus Archi-Ep. Const. hom. de Nativit. Dom. tom. 15. Bibl. PP. 1654. Paris. impressa.

Advocatus. Nota super illo verbo: suscepi te. - quasi Advocatus ad teum excusandum. S. Thom. in 4. f.

Agnus. Caput ejus cum pedibus, & intestinis vorabitur. Exod. 12. Caput Agni significat Deitatem, intestina animam, pedes carnem. Id. de Sacr. Alt. cap. 4. Agnus propter innocentiam. S. Isid. in Gen. c. 18. Hic Agnus est, qui apud Il. c. 53. in sacrificium adducitur, & a Joanne omnibus demonstratur. Id. in 6. Gen.

Agricola. Terram mutat in caelum DEI agricola. Clem. Alex. or. ad Gent.

Alimentum. O hominibus coelestis, refectio beata tibi cibis, quem vidit Pharaon, in quo ipse pulchra, & formosa erant. S. Aug. l. 18. de Civ. Dei. c. 46. Alimentum vitae, coena lucis. Chrysipp. ferm. de DEIP.

Altare. Templum est Ecclesia: & hujus templi altare est Christus. S. Thom. in Psalm. 25. Altare designat Humanitatem Christi, & Christus dicitur altare DEI. Hebr. ult. Sanct. Thom. in Psal. 42. Altare potest dici, altitudo Divinitatis Christi. Id. in 14. Apoc.

Altitudo nostra Christus. S. Isid. in Gen. c. 7. Aminadab. Ipse Aminadab est, hoc est, voluntarius: qui dicit, voluntarius sacrificabo tibi. Rabanus apud S. Thom. in Cat. sup. 5. Matth.

Amygdalum. Cujus (Christi) utraque substantia bene est per

amygdalum figurata: amygdalum enim ex carne, osse, & nucleo constat. S. Ildesonus l. 6. de Als. B. V.

Angelus. Angelum dependentem de coelo, Christum accipimus D. Primalius Episc. Vitensis l. 5. Comm. in Apoc. c. 20. Angelus, qui descendit in piscinam, significat Christum magni consilii Angelum. Rupertus Abb. Tuit. de Divin. Offic. lib. 4. cap. 14. Idem (Christus) & Angelus vocatur, & Apoc. Iostolus: is enim nuntiat, quae scribi oportet: & mittitur ut afferat nuntium: ait enim, qui me audit, audit eum, qui misit me. Sanct. Iustinus M. Apol. 2. pro Christianis ad Antonium Pium. Est Angelus, ad ejus descensum movetur aqua. Joann. 5. Sanct. Isid. in alleg. Ipsemet JESUS in Spirituum manifestatorum Ordinem redactus, magni consilii Angelus fuerit appellatus: etenim (ut ipse pro munere nuntii dicitur) quaequidem audivit a Patre, nota fecit nobis. Sanct. Dionys. cœli hierarch. cap. 4. Angelus autem ille, qui apparuit Agar, Filius DEI erat: quia etiam illi DEUS vocatur ille Angelus. Sanct. Isid. cap. 17. in Gen. Christus D. dicitur Angelus propter missionem, propter illuminationem. Act. 12. Angelus assistit, & lumen resulsit, &c. Propter purificationem. Il. 6. Ecce teipse labia tua. Propter perfectionem: quia ipse non tantum perfectus est, sed etiam perficit alios. Gen. 31. Dixit Angelus ad Jacob: surge, & egredere de terra. Propter meditationem: est enim Angelus medius inter DEUM, & hominem. Job 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens. Propter mysticam refectionem. 3. Reg. 19. teipsum cum Angelus, & dixit: surge, & comede. Propter inferiorum regimen: Angelus enim hanc inferiora regenda commisit fuit. Eccl. 17. Innumquamvisque gentium praecipuos Rectores. S. Bonav. Opusc. Eccl. hierarch. p. 1. c. 1.

Apis. Apis habet mellis dulcedinem, habet & aculei punitionem. Apis vero est, qui patitur inter lilia (Christus) qui florigeram inhabitat patriam Angelorum: unde, & ad civitatem Nazareth, qui interpretatur flos, advolavit. Hujus apis mel, & aculeum non ignorat, qui cum propheta ei misericordiam, & judicium decantat. Psalm. 100. Attamen ad nos veniens solum mel attulit, & non aculeum, id est, misericordiam, & non judicium. Sanct. Bernard. ferm. 2. in Adv. Dom.

Arca. In Arca urna aurea plena manna, est anima Christi plena sapientia. Ibi erant tabulae: in Christo observatio utriusque Legis. S. Bonav. in Pl. 67. Christi Corpus, est Moyses Arca; quam qui indignè contingunt pereunt. Ex impurabili ligno: quia non dabit Sanctum eum, &c. Id. ibi.

Aula sancta est. Arnobius in Pl. 28.

Aviga. Pulchrum arvigam hominum Christum diligamus. Clem. Alex. or. ad Gen.

Aurum ignitum, & igne passionis affus, vel per effectum; quia alios ignit. Luc. 12. Ignem veni mittere, &c. S. Thom. in 3. Apoc.

Belliofus. Dicitur Christum expugnatorum spirituum hostium, spiritualiter armatum, & spiritualiter bellicosum intelligendum. Tertull. l. 4. contra Marcion. Dominus mecum est, tanquam bellator fortis. Jer. 20. Occurrit deinde nobis Princeps militiae virtutum coelestium Christus, tenens gladium Evangelii. S. Isid. in Jos. c. 6.

Botrus. Verus, & ac maturus Ecclesiae botrus. S. Joan. Dam. or. 2. de Nat. B. V. Brachium. Nota super illo verbo, brachium Domini cui revelatum est: quia Christus est brachium. 1. Ad flagellandum demones. Psal. 88. In brachio virtutis. 2. Ad supportandum debiles. Il. 4. In brachio suo. 3. Ad defendendum Fideles. S. p. 5. dextera sua. S. Thom. in Pl. 53. Brachia potentes significant, Et brachium Domini, idest, virtus DEI. Id. in 51. Il. Brachium, scilicet Filius DEI, DEI virtus. Job 39. Si habes brachium, sicut DEUS. Id. in Il. 63. Brachium Domini Christus est. S. Aug. conc. 2. in Pl. 70.

Calamus. In Sacra Scriptura operationes metaphoricæ designantur per instrumenta, vel membra, quae sunt operationum principia. Et sic per linguam, & calamus, operatio DEI designatur convenienter linguæ, & calamo. Operatio linguæ est; quod per eam diffunditur sapientia cordis ad alios: per calamum autem designatur; quod Sapientia, quae est in corde, transfunditur in materiam sensibilem, scilicet pergamenam. DEUS autem & loquitur, & scribit. Loquitur; quando transfundit Sapientiam suam in animas rationales. Pl. 84. Audiam, quid loquatur, &c. Et hoc dicitur Verbum: quia per ipsum est omnis illuminatio. Joan. 1. Vita erat lux hominum, &c. Scribit: quia judicium suae Sapientiae imprimis in rationalibus creaturis. Rom. 1. Invisibilia DEI, &c. Eccl. 1. DEUS effudit illam, &c. Sicut enim respiciens librum, cognoscit Sapientiam scribentis; ita, cum nos videmus creaturas, cognoscimus Sapientiam DEI. Calamus igitur est Verbum DEI. S. Thom. in Pl. 44.

Calculus. In calculo Apoc. 2. humana Christi natura significatur, candida propter innocentiam. S. Bonav. ferm. 4. in Circumcis. Dom.

Candelabrum. Candelabrum in figura Christi, in lucernis septem,

septem, quae sunt Ecclesiae. Sanct. Isid. lib. proem. Per Moysa candelabrum adumbratum fuisse Christum, docet Raynaudus in Candelabro sancto cap. 5. ex Sanct. Cyrillo lib. 4. in Joan. cap. 28. dicente: candelabrum universum terrarum orbem illuminans Christus est. Idem probat ex aliis sanctis Patribus: inter quos ultimo loco Richardus a S. Laur. lib. 1. de DEIP. c. 7. ait: Christus rectè dicitur candelabrum; quia illuminat omnem hominem. Ductile, non fuisse, quia non semine hominis transfusum, sed opere Spiritus S. deductum. Ita P. Raynaudus in Candelabro sancto sect. 1. c. 2. num. 4. Candelabrum illud septem calamorum, Christum alii intelligunt. S. Isid. c. 43. in Ex.

Camelus. Cameli nomine se intelligi voluit: quia infirmitatis nostrae onera sustulit. S. Thom. in Cat. Aur. sup. cap. 10. Marci.

Candela. Cera mollis (in candela Christo) signat Carnem Christi, quam habuit passibilem: quae liquefacta est in passione. Ellychnium album signat animam Christi purissimam: lumen verò, Divinitatem immensam. S. Vinc. Ferr. ferm. in Purific. B. V.

Candor est lucis aeternae, & speculum sine macula. S. Thom. in Apoc.

Capra. Non cervis assimilatur, sed capreis, micioribus videlicet animantibus, propter humilitatem Incarnationis suae; quia non solum homo heri, sed etiam humilis homo fieri dignatus est. Idem in Cant. 2. Caprae campos despiciunt, & ad alta montium enitentur. Christus ergo capreis comparatur: quia secundum carnem resurgens a mortuis coelorum alta petit. Id. ibidem. Aptè haec duo ubera sicut duo hinni & filii, Salvatoris nostri Christi; qui per capream designatus est. Id. in 4. Cant. In assumptione carnis, & humilitate, caprea assimilatur. Sanct. Isid. in Cant. 2. Vulnerasti cor meum Soror mea, ait Sponsus. Cant. 3. Sponsa lata subdit: Fugisti a me, & assimilare caprea: quia diceret: curre coram nobis, ut fera corde vulnerata, & sanguine tuo coelestem semitam nobis ostende: donec te comprehendamus, & in te delicias aeternas capiamus. Sanct. Thom. de Sacram. Altar. cap. 28.

Caput. Est caput Angelorum, & hominum. Sanct. Thom. lect. 8. in 1. Ephes. Caput Ecclesiae Christus merito ut Camelus dicitur. Sanct. Gregor. in 7. Cant. Christus est caput Prophetarum omnium. Remigius apud Sanct. Thom. in Cat. sup. 13. Matth. Caput Joannes Christum significat; quia corpus filius (Christi) Prophetae intelliguntur. In decollatione Joannis figuratur: quia Judaei Christum, qui est Caput omnium Prophetarum, amissuri erant. S. Haymo in decollat. S. Joan. B.

Carbo. Presbyteri ad imitationem sunt Seraphicarum potestatum, stolis vice alarum contenti. Duabus autem alis labiorum hymnum illum voce cantantes, & tenentes Divinum, & spiritualem carbonem Christum, prehensione manuum manifestò gestantes. S. Germanus Archi-Ep. Constant. Carbonem Il. 6. dicimus, figuram nobis exhibere Verbi, hominis facti. S. Cyrill. Alex. de Incarnat. Unigen. cap. 8. O Virgo pro lapidibus pretiosis margaritam pretiosam in genis pretii Christum habens; illum inquam Divinitatis carbonem. S. Joan. Damasc. or. 1. de Nat. B. V.

Carbunculus. B. Virgo est etiam Seraphim, carbunculum hunc seni Simeoni deferens. S. Hethodius Ep. Patrenf. hom. in Purif. B. V. Forceps (Maria) carbunculi illius purgatorii. Id. ib. Carbunculum in auro, est Deitas in Humanitate. S. Bonav. l. 2. D. 1. post Epiph.

Charakter. Est Patris substantia character. S. Joan. Dam. or. in transfig. Dom.

Catulus leonis. Quisnam hic? Christus procul dubio. Id. or. de Nat. V.

Cervus est. Cornua ejus, duo sunt Testamenta. S. Ambros. f. 6. in Pl. 116.

Circulus. DEUS humanatus dicitur esse circulus: ut circumferentia Humanitas, centrum autem dicitur Divinitas: pes circuli mobilis - Impii in circulo ambulans. Psalm. 12. quia Humanitatem, non Divinitatem credunt. S. Bonav. in Psalm. 11. Circulus perfectissimus ipse est Christus. Id. Eccl. hier. p. 4. c. 6. In quo dux extremities linea velut in puncto uniantur. Nam Divinitas, quae omnium rerum caput est, & potissimum cum humana natura, quae finis erat omnium creaturarum, & ultimo in esse producta; in ipso Christo, velut in puncto in unionem personae est conjuncta, & tanta firmitate roborata. S. Bon. hier. p. 4. c. 6.

Cibus. Christus est cibus, & potus Angelorum, & Sanctorum. S. Thom. l. 1. de B. V. Est inter Dominicalem D. 4. Quadr. Christus datus est nobis in cibum peregrinationis. S. Thom. in Il. 9.

Columba. In turture (quae in purificatione offerrebat) figurabatur Domini castitas - in columba ejus simplicitas, S. Haymo hom. in Purif.

Columna nubis, & ignis. Christus dicitur columna nubis, fe-

cundum quod homo: columna ignis, secundum quod DEUS. S. Bonav. in Plal. 77. Nubes ista praecedens Christus est; idem etiam columna. S. Isid. in Gen. c. 30.

Columna caeli Christus. S. Bonav. in Pl. 17.

Cornu. Ea, quae cornua animalia habent, ventilare dicuntur. Sed homo cornua non habet. Quomodo ergo ventilat? unde? vide, Scriptura quid dicat Plal. 43. In te inimicos nostros ventilabimus. Cornu nostrum es tu, Domine JESU. S. Ambr. in Pl. 43.

David. Invenimus apertissime JESUM Christum apud Prophetam Ezechielem David esse appellatum. Scilicet Ezech. 34. 37. Sanct. August. lib. 1. Spelunca se tegerat David figuratus. 1. Reg. 24. idest, carnis infirmitatem oculis objiciebat, & Majestatem Divinitatis corporis tegmine, tanquam speluncae abditò occultabat. Sanct. Isid. cap. 17. in 1. Reg. Nonne David cum panes propositionis manducavit. 1. Reg. 21. quos non licebat manducare, nisi solis Sacerdotibus, in una persona utrumque futurum, idest, in uno JESU Christo Regnum, & Sacerdotium figuravit? Idem cap. 1. in 1. Reg. Venit Christus (velut David in castra Saul. 1. Reg. 26.) non eos (Judaeos) occidit; sed tulit ab eis Scyphum aquae, & idest, gratiam Legis, Tulit & Sceptrum regale, Regni scilicet potestatem. Deinde David noster de castris eorum egressus, transcendit in altitudinem montis coelorum. Idem cap. 18. in 1. Reg. Per David convenienter Christus significatur: quia David dicitur manu fortis; & Christus DEI virtus. Dicitur autem David aspectu desiderabilis; & Christus splendor gloriae. Hebr. 1. 3. Petri 1. Sanct. Thom. in Plalm. 2. Per Saulem Judaeorum elatio; per David autem Christi humilitas significatur. Sanct. Isid. cap. 12. in 1. Reg. In figura Christi David, sicut in figura diaboli Goliath. Et quod David prostravit Goliath, Christus est, qui occidit diabolum. Sanct. Augustin. Conc. 1. in Plalm. 33. David in spelunca latet a facie Saul. Christus in carne latet a facie Judaeorum. Sanct. Augustin. in Plalm. 56. Leonem, & ursum, David necavit: ursum, videlicet diabolum, leonem Anti-Christum Christum. S. Isid. or. c. 9. in 1. Reg.

Denus Virginitatis Christus, atque ornamentum est. S. Damasc. l. 4. Orthod. fid. c. 2. f. Est gratiosissimum virginitatis decus, veluti rosa suaveolens. S. Andreas Jerosol. ferm. in Sal. Anglic.

Denarius. Christus dicitur denarius. Matth. 20. Nihil est avarus, qui isto denario non est contentus. B. Thomas: Dominus, qui aliam mercedem recipiam, quam te, &c. S. Vinc. Ferr. l. 1. f. 3. post D. 1. Quadr.

Dextera DEI dicitur Christus, S. Thom. in Plal. 16. Dextera propter effectus totius corporalis creaturae, quae per ipsum formata est; brachium; quia ab ipso omnia continentur. S. Isid. lib. 2. de differ. Spir. differ. 4. Per manus DEI intelligitur potentia DEI operativa. Et haec est quaedam dextera, quae exaltat bonos in spiritualiter bonis. - Dextera est Christus, S. Thom. in Plal. 10. Dextera Domini Christus est, S. Chryso-logus l. 33.

Dies. Christus est dies, Apostoli horæ. Sanct. August. tr. 49. in Joan. Aeternus dies Christus noster reluxit in lucem; qui duodecim suas horas in Apostolis suis duodecim figuranter aptaret. Hunc Psalm. 117. vidit, cum canebat: Haec est dies quam fecit Dominus, &c. Unde & Apostolus 1. Thessalonicens. 5. lucis, ac diei filios appellat Credentes. Sanct. Chryso-log. ferm. 170.

Dispensator. Tu dispensator es in domo Patris. S. Ambr. l. 7. in Luc.

Divitia. Suscipe thesaurum nunquam deficientem, divitiarumque certissimas, vir generosissimè. B. Virgo apud Method. hom. in Purific.

Doctor. Doctor vitae nostrae, & magister salutis aeternae. Sanct. Cyprian. de opere, & elemos. Christus est, coelestis doctrinae, vel Divinae Sapientiae Doctor. Victor Antiochenus apud S. Thom. in Cat. sup. 3. Marci. Christus datus est nobis in Doctorem. Joel. 2. Dedit vobis Dilectorem justitiae. S. Thom. in 9. Il.

Dulcedo. Christus est incorruptionis dulcedo. Chrysipp. ser. de DEIP. Qui totus est dulcedo, & totus desiderabilis; atque expetendorum omnium summe expetendus. S. Joan. Damasc. or. 2. de B. V.

Elias nobis relinquens pallium. Pallium autem tuum est caro tua, qua vestitus ad nos processisti. Drogo Offic. de Sacr. Pass. Elias figura Christi. Illi asserunt corvi manè panem, vesperè carnes: huic manè, idest, initio Ecclesiae, asserunt peccatores fidem, vesperè autem carnes, idest, carnis resurrectionem. Sanctus Ildesonus cap. 8. in 3. Reg.

Elisus. Ipse Elisaeus figuram Christi gessit. Denique vocabulum ipsum, Salus DEI interpretatur. Sanct. Ildesonus. cap. 3. in 4. Reg. Elisaeus Christus, Giezi Moyses, baculus Lex. Nec Moyses, nec Lex, poterunt vivificare Genus humanum: donec ipse Elisaeus, idest, Christus accepit formam nostram: quia incurvavit se in utero Virginis. Sanct. Thom. ferm.